



PANEGYRICUS FUNEBRIS,
Memoriæ Gloriæq; Immortali
DIVI HEROIS AC DOMINI,
DOMINI
CAROLI XI.

Svecorum, Gothorum, Vandalo-
rum Regis, Magni Principis Finlandiæ, Ducis
Scaniæ, Esthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Vehr-
dæ, Stettini, Pomeraniæ, Cassubiorum, & Vandaliaë,
Rugiæ Principis, Ingriæ Wismariæq; Domini, Comititis
ad Rhenum Palatini, Bavariæ, Juliaci, Cliviæ,
Montiumq; Ducis,
Incomparabilis Orthodoxiæ Evangelicæ
STATORIS,

Summis in Toga Sagoqve meritis Augusti
Et Indulgentissimi MONARCHÆ,
Ipsis Exeqviarum Solemnibus,
Die XXIV. Novemb. An. clō lōc XCVII.

In Templo ad Arcem Academico,
Ab

ACADEMIA VVITTEBERGENSI,

Religiōsâ habitus dictusqve pietate,

Per

GEORG. CASP. KIRCHMAJERUM,
Orator. Prof. Publ. Academiæ Senior.

WITTENBERGÆ,
Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

PANEGYRICIS FUNEBRIS
Memoriae Gloriosissimi
Domi Herois ac Domini
DOMINI
CAROLI XI.

Swecorum Carolus, Vandalorum
tum Regis Magni Principis Finlandiae Ducis
Scaniae, Hiberniae, Laponiae, Galliae, Normanniae, Vinduliacae
desertorum, principis, Castellorum, de Vinduliacae
Hugonis, Principis, Inguae Wismaniae, Domini, Comes
ad Rhenum, Palatinus, Bavaricus, Intersilesiensis, Comes
Mortuarius, Ducis
Incepitque hic Carolus Evangelicorum
Summus in toto Imperio, Anno 1619
Ipsi Examinantur Solenniter
D. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628. 1629. 1630.

ACADEMIA VITTEBERGENSIS

GEORGIO CAROLO REX





QVandoquidem Augusto (quon-
dam eheu!) CAROLO XI. In-
comparabili Monarchæ, *Sveonum*,
Gothorum, *Vandalorum Regi divo*,
Magno Principi Finlandiæ, *Duci*
Scaniæ, *Esthoniæ*, *Livoniæ*, *Careliæ*, *Bremæ*,
Vehrdæ, *Stettini*, *Pomeraniæ*, *Cassubiorum*,
& *Vandalia*, *Rugiæ Principi*, *Ingriciæ VVisma-*
ricæq; Domino, *Comiti ad Rhenum Palatino*, *Ba-*
variciæ, *Fuliaci*, *Cliviciæ*, *Montiumq; Duci*, Univer-
sitatis hujus publicâ auctoritate, jussus verba fa-
cere suprema paro, quem olim habuit auspiciatif-
simum Natalem, fieri feralem doleo collugens;
intra spacium unius horæ condere sepulcrum mo-
liar, quod Mausolæa, Obeliscos, & Pyramides Æ-
gyptiorum, si non duraturis molibus annisque, a-
nimis intereâ, ut spero, superet, repræsentabo.
Magna, fateor, majestas Obelisci, in delubro Jo-
vis, IV. è Smaragdis, XL. Cubitorum longitudi-
ne, quatuor in parte una latitudinis, in parte al-
tera duorum, *Theophrasto Plinioque* testibus, e-
recta prædicatur ab Ægyptiis. Pyramidum me-
morabilia spectacula, quæ immortalitatis famâ
impleverunt orbem aliàs, miraculis annumerata
mundi sunt: surgebant è quadrato fundamento,
A qua

quaquaversum tabulis compositæ marmoreis,
quæ sensim per excelsa, in acutum denique gra-
cilescebant. Una ex his alia, à trecentis sexa-
ginta millibus mortalium, XX. annorum spacio
elaborata; summa in Pyramide planicies reci-
piendis quinquaginta par hominibus; in qua
consistens sagittarius, robustior quantumvis, te-
lum nunquam longè adeò emisit, ut decideret,
id extra basin: ex quo, quanta operis istius va-
stitas extiterit, dijudicari cogitando potest. *Por-
senæ* Hetruscorum Regis Labyrinthum transeo;
quem vivens sibi fecerat sepulcri gratiâ, Ægypti-
os hâc imitatus arte. Barbara Pyramidum mira-
cula risisse *Cæsar* dicitur; nec præter rem Geo-
graphorum princeps *Strabo* *μασταίοντιαν* nominat
βαρβαρικῆν, Heroici honoris ostentationem hanc,
& gloriam impendio mortalibus non profutu-
ram ullis, *Plinius*; furorem alius impendiorum di-
xit. Grajorum quidem moribus, ad veterem com-
positis simplicitatem, maximè Atheniensium, suf-
fecerat ad meritorum famam, & memoriam, in
Ceramico monumenta sumtu publico statuere,
qui pro Patria in bello cecidissent: ollam etiam
ponebant publicè; quem imitati postea Roma-
ni ritum sunt. Sed *Alexander Magnus Macedo*,
Græcorum barbarorumque sumtibus insanis ap-
paratum funebrem, Hephæstioni paraturus, vi-
cit. Equorum, mulorumque omnium, per tot exer-
citûs, tonderi jubas, Urbibus circumjacentibus,
per mænia turretsque adimi mandavit propugna-
cula,

cula, Cossæam gentem, ut Hephæstioni iusta
faceret, delevit penitus. In sepulturam ejus X.
talentorum millia impendit; artificio deinde ac
magnifico ornatu statuturus monumentum plus
quàm Regium, *Stasiratē* imprimis requisivit;
ut in hominis figuram Athon Thraciæ refinge-
retur mons. *Chæronensis* ista; scriptor Sículus
XII. talentum millia ampliùs impensa ad magni-
ficentiam fuisse, & honores *Alexandrum* dispen-
sasse ceteros; ac, ut *Hephæstioni*, tanquàm deo
præsidi sacrificaretur, imperasse tradit. Poterat-
né sumptuosior contingere, quæ non tamen con-
tigisse memoratur tanta, ipsi etiam adornanti,
sepultura? Ad memoriæ celebritatem, *Alexan-
dro* nihilominus *Augustus* Imperator id statuerat,
ut in Ægypto videret sepulcrum ejus, floribus ad-
spersis cum corona, & effigie literas signaret ac
diplomata. In valle Martia *Augusti* Mausoléum,
via in Flaminia, & ad ripam Tiberis exstructum
est, rotundâ mole, ex aggeribus immensis, mar-
more Lunensi incrustata, sitis-circum-sylvis, am-
bulationibus amplissimis; ad latera surgebant O-
belisci bini. Ante molem res *Augusti* gestæ, ut
mandavit ipse testamento, tabulis incisæ erant,
æneis. Interior reticulato variatus opere mu-
rus; area in media illius tumulus, ex niveo, inclu-
sus ferreis cancellis, marmore; in cujus summo,
simulacrum ejus æneum exstabat; inter tumulum
& interiorem murum populi complures confitæ;
decorabatur à lateribus sepulcrum cognatorum
locu-

loculis, ac necessariorum; quibus eâ parte voluit communem esse sepulturam. Laudibus vehemenda debitis *Augusti*, in supremis ordinandis, moderatio; qui si ad veterem indictivorum funerum simplicitatem accessisset mos, quo per præconem publicum convocabatur populus, hæc recitantem verba: *Ollus Quiris, Letho datus est!* non Consecrationis vanitas religionem Numinis in *Trajano Hadriano* adorando peperisset postea. *Traiani* certè ossa *Soræ*, oppido Seleuciæ, collecta, urnæ aureæ inclusa, & in pila Romæ aurea, ad apicem columnæ, servabantur. Altitudo ejus pedes CXX. superabat; via testudinea per gradus CLXXXV. ad fastigium ducebat: extus gesta, cum figuris, ad memoriam, insculpta erant. *Hadriani* tamen moles tam stupendæ magnitudinis extiterat, ut velut mundi aliquod miraculum videri posset. Hodie præfecto Arcis, cum Armamentario (*Castellum sancti Angeli* vocatur) habitationem præbet. Septingentis statuis pulcherrimis circumeuntibus porticibus superbiebat; cujus in fastigio Equestris *Hadriani* statua, artificum ingeniosâ manu celebris, sepulcrum ipsum *Pario* ex marmore constabat. *Mœrens* & venerabundus *Narses*, Dux *Justiniani*, rebus aptior gerendis, quàm conditio Naturæ ferret, (cùm evnuchus fuerit,) victoriâ, adversus *Gothos* partâ, Cæsari significavit majestatem *Mausolœi*? Liceat transire hîc *Severi* atque *Antonini Pii* monumenta; ne in Orationis limine defatigetur

tigetur vestra, RECTOR MAGNIF. Per-Illust.L.L.
BARONES, Generosissimi Hospites, PATRESQUE
ACADEMICI, nec non CONSCRIPTI, Vosque San-
gvine, Virtutibus, ac Eruditione Nobilissimi Con-
cives, patientia.

Augusto Principi, Monarchæ isthïc Hyperbo-
reorum, CAROLO XI. supremum condere rece-
pi monumentum, non ab annis, sed ab animis Piis-
simorum, per tot regiones, Regna & provincias
& Ordinum, & Civium, incomparabile censen-
dum. Mos sepeliendi Reges *Sveciæ* antiquus,
si exceperis *Ringonis* factum, (qui *Haraldo* Regi
Daniæ, ut *Saxo* memorat, Historicus Danorum,
cultum funeris fastuosissimum adhibuit,) simpli-
cior subtilitate Gallicâ; de qua silere tutius, quàm
multa dicere. Frondosis sub arboribus, inpri-
mis quercubus, & consecratis Numinum præ-
sentia, cadavera monticulis, aut collibus, rotun-
do quadratove ordine recondere saxorum cir-
cumseptis, ad *Upsaliam* potissimum, cum gladio
& clava, *Sveones* solebant olim. Hodiè parata,
multa Procerum, Equestris & Sacerdotalis Ordi-
nis, cum Oppidanorum, tum ruralium millia ap-
parent *Holmiæ* in Regia, Comitibusque Regni so-
lemnissimis, indicto publico iustitio. Conclamant
omnes plorabundi, PATREM PATRIÆ adem-
ptum! Vindicem, Statorem Veritatis Evangelicæ
amissum! Exulum, Religionis gratiâ, Tutorem
Clementissimum ereptum oculis! *Achillem* or-
bis Hyperborei fortissimum, dejectum morte a-

cerbissimâ! Si qua, per *Germaniam* hanc cultio-
rem, lugendi causas habet Academia, gravissimas
agnoscit *Witteberga Saxonum*, ad *Albim*. Hæc
nimirum alma cœlestissimæ *ἡ δόξα* mater filios
emisit per colonias Aquilonaris plagæ, quot vix
numerare possis. Hæc à divo CAROLO XI.
amata æstimataqve tantoperè, ut donativo orna-
retur aureo non ita pridem, recordatione secula-
ris & religiosi Festi. Hæc ante V. supra sexagin-
ta annos, Regio Incomparabilis Herois, GUSTA-
VI ADOLPHI iussu, Filium GUSTAVUM
Illustrissimum formavit sapientiâ & pietate adeò;
ut in hujusce Templi Cathedrâ hâc ipsâ, evcha-
risticâ Oratione Panegyricâ Victoriâ, in agro *Li-
psiensî* partam felicissimam, Genitori maximo
gratularetur. Rarum id, & nulli alii commune
Academiæ exemplum fuit: sed nec illud inter
ultima ponendum est memorabilia; quo, brevî
post intra unius & alterius duntaxat anni spaci-
um, ab excessu Regis divinissimi, Orationes
VIII. Ejus merita & gloriam solenniter laudâ-
runt, *Wittebergæ* olim. Quis miretur igitur, si
eadem (sed aptiori utinam interprete!) exponat
venerabili affectu gloriosi Regis fata pariter &
facta? exstruatqve Illi in tot subjectorum ani-
mis pectoribusqve Mausoleum spirans, anima-
tum, feram transmittendum ad posteritatem.
Intelligitis, quid mihi velim, RECTOR ACADEMI-
CE, ac ORDO CONSCRIPTOR. PATRUM, VOSQVE AU-
DITORES O.O. Honoratissimi! auctoritate fretus
Vestrâ

Vestrâ & benignitate auscultandi, dicere ingres-
sus sum, dicamq̄ve porrò, sed pro imbecillitate,
virium, favore Vestro sublevandus.

Veteres Romani quoq̄, fidem facientibus Poë-
tis, Oratoribus, Historicis, per Apotheosin, in
coelum animas Heroum ac Imperatorum nonnul-
lorum, adulandi artibus assveti, retulerunt. De C.
Julio Cæsare, Octavio Augusto, Claudioque Dio
Cassius, Svetonius, cum pluribus testantur eadem.
Georgicorum primo, inter sidera definiturus
spacium, pro anima *Augusti* Mantuanus vates
cecinit:

*Quà locus Erigonen inter chelasq̄ sequentes
Panditur: ipse tibi jam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli justâ plus parte relinquit.*

Consul *Plinius* Collega *Opt. Trajani* habito, in
laudem ejus Panegyrico: *Dicavit, inquit, cœlo*
Tiberius Augustum, sed ut Majestatis Numen in-
duceret: Claudium Nero, sed ut irrideret; Ve-
spasianum Titus, Domitianus Titum; sed ille ut
Dei filius, hic ut frater videretur. Tu sideribus
Patrem intulisti; non in terrorem tuum, sed quia
Deum credis. Et licet illum aris pulvinaribus,
flamine colas, non alio magis tamen Deum & facis,
& probas, quàm quòd ipse talis est. Paganus se-
culorum horum error in gentilibus ad excusan-
dum propior, quàm in Monarchæ Gallici assenta-
toribus, elogia adhuc spiranti tribuentibus divi-
na. Cumq̄ve istud salvâ veri honestiq̄ve ratione
facere non possent, ut in cœli plaga sedem ali-
quam

quam vacantem designarent; quæſiverunt à So-
laris corporis vicinia splendorem. Mathematicum
indigitare illum fas fit, quòd *Borboniorum*
fiderum notavit nomine, in Sole occurrentes ma-
culas, aſtrorum ſolœciſmo. Si pro illis obſervaf-
ſet faculas, aut Jovis comites, cum *Galilæo*, *Me-*
dicæa fidera denominante, error condonatu ocu-
lis facilior futurus erat. Non hûc profanæ vani-
tatis *Svecia* progreditur, ut ex mortalium con-
ditione æſtimet Cœleſtia, & Numen miſceat cum
homine. Fatetur potiùs, infauſto fiderum ter-
reſtrium adſpectui obnoxium infantem viſum
Regium, nativitatſ pariter ac educationis tem-
pore. Agebat CAROLUS GUSTAVUS Ge-
nitor Rex Auguſtiſſimus, tùm in *Polonia* & *Pruf-*
ſia, adverſus hoſtes hoſtiumque fœderatum Po-
tentiffimum Heroa; quem deinde belli ſocium
conciliabat ſibi. Anno enim clò Ioc LV. die
quarto & viceſimo Novembris (qui memoriã
Chryſogoni in faſtis referebat,) incredibili læti-
tiã totius Regni, Genitrix Regina Sereniſſima,
HEDWIGIS ELEONORA, Dux Incompara-
bilis *Holfatiæ Gottorpiæ*, nocte quaſi mediã, in
lucem edidit Deposituſ cœleſte. Ipſo illo tem-
pore *Thorunium Boruſſiæ* ingreſſus victor Parens
Invictiffimus, diſpoſitionibus feſtſivis publicari
juſſit per exercitus hoc lætabundum nunciuſ.
Oppoſitiones & conjunctiones (ut Aſtronomo-
rum uti liceat ſimilibus exemplis,) principalium
in orbe Chriſtiano Luminuſ, *Ruſſorum magni*
Auto-

Autocratoris, Livoniam & Esthoniâ depopulantis; *Daniam* iratam, & ad offendendi causas pronam; *Polonos* libertatis suæ vindices retinētissimos; *Imperatorem* Sacratissimum adversum, *Electorem Brandenburgicum* tutandis propriis provinciis intentum; Domum *Lunæburgicam* vicini Potentatûs validâ auctoritate irritatam, & ex infidelibus postremæ fortis *Scythas* barbaros, expertus, contra se inductos vidit; unus plurimum expositus insultibus, par tamen aliquandiu *Hercules* evasit.

Detur locus lemmati adjiciendo, cum Inscriptione: **NEUTRA PERTIMESCIT!** *Aquila videlicet, contemptrix nubium ac tormentorum fulminantium.* Communis olim *Aquila Polonis & Livonis* fuit. Inter tempestates medias horridioris Martis generosior hæc proles, velut perdix vix exclusa ovo, pergere ad rerum grandia, nec passibus grassari lentis cogebatur. Sed præcipiti ademtus fato Parens est Incomparabilis, cadente Februar. Regniqve moderamen Svecici conceditum Anno 1660. auctoritate sapientiâqve Illustrissimis V. Senatoribus; quos hîc exprimere singulos supersedemus. Mense id Novembri factum; quem & natali, & fatali lege, minimè non habuit notabilem. Eodem quippe, post triennium, variolis occæpit laborare; gaudio ingenti omnium ac singulorum restitutus sanitati. Ad infucatam Pietatem & mysteria Religionis Evangelicæ ingenti curâ educatus; tre-

decim vix natus annos, institutum approbavit,
instaurando *Stettinensium* Gymnasio, natali die
iterum, ac mense; quæ illius gloriosa gesta singu-
lari & encomiasticâ Oratione sacrâ, de *recluso Sa-
pientiæ fonte Carolino*, Doctor & Prof. celeberrimus
Theologus, Joachimus Fabricius, ante hos
undetriginta annos sic complexus est; ut excel-
lentissimis Heroibus, CAROLO VRANGELIO,
Gubernatori ad id tempus Pomeraniæ, & AXE-
LIO OXENSTIERNÆ, Regni Suecici Regimi-
nisqve Senatoribus Eminentissimis, non ultimas
deferret laudum partes. Jam à teneris, *Josiam*
imitatus, Hierosolymorum Regem, vindicem Re-
ligionis veræ, cultum Sapientiæ divinæ humanæ-
qve, ex præscripto Numinis, promovit. Annos
natus XVI. adulto mense Martio, initiatus Re-
gni curis & consiliis, solenniori ritu introductus
in Senatum fuit Regium; ut imperandi artes pro-
pius condisceret, & mox, vertente anno, regi-
men suscepit. Sceptris moderandis jam idone-
us vicesimo ætatis anno, Aulæ splendidissimo pa-
ratu, faustis acclamationum formulis *Upsaliæ* co-
ronabatur. *Non annos animus, Virtus nec casca
requirit*; ex iudicio Poëtæ. A splendente Sole
ignem rapuisse dicitur *Prometheus*: Rex CA-
ROLUS nil Soli abstulit cœlesti, cum in animos
suorum dispensaret, quam divinitus accepit, lu-
cem. Plena res est aleæ, si cruento Princeps sum-
mus bello, cum vix capeffendis fascibus Imperii
inauguratus est, objiciatur. Cum non simplici
lucta-

luctatus fato Rex, ne unum alterumve annum
quidem à periculis immunem vidit. Infeliciter,
eò deductus, ut vicino Electori Potentissimo im-
poneret, vel sua defendendi, vel non oppugnan-
di Regem Galliae, necessitatem; aliena culpa
ditiones in Germania amplissimas, (nisi secutura, &
secuta pace, correxissent praecipua consiliorum,)
amississent sui. Et collidebantur inter se, qui alias
invicti bello sunt unanimes, Monarchae: sic, ut
Anno, supra septuagesimum, non sexto tantum,
sed & septimo, in *Scandia*, à Regibus duobus a-
trocissimum committeretur praedium, improspere
eventu *Daniae*; cum ad miraculum Virtutis prae-
sentissimae, divinus Heros CAROLUS experi-
menta faceret; periculis defunctus vitae plurimis.
Praetervecta scopulos videbitur Oratio haec mea,
si tot in *Pomerania Orientali*, aliquandiu interce-
pta, tot in *Marchia veteri*, & *Rugiana* Infula illa-
tas acceptasque clades jam silentio transmittam;
belli enim semel jacta alea non emendari, ab ab-
senti adeo remotè, poterat. Nec una solaque
calamitas provinciis Germanicis illius accidit;
cum & morbo tentaretur acutissimo, in ipsa Re-
gia *Holmensium*, septuagesimo & nono seculo
labentis anno. Brevi tamen reconvaluit coelesti
ope, ac, ut Matris Augustissimae Regnique, suc-
cessoribus haeredibus hoc modo destituti, desi-
deria expleret, ad jura Thalami conversus, Spon-
sam Regiam quaesivit, foederum Pacisque simul
arrham, Pietate ac Virtutibus eminentissimis con-
spicu-

spicuum, ULRICAM ELEONORAM, Dan.
& Norvagarum Regis Filiam consummatissimæ
perfectò laudis : sequentiqve anno , sine strepi-
tu, solennia *Scatorpii* peregit, nobili Prætorio, Le-
gati Gallici, *Fequierii* imprimis causâ. Fatorum
temperat solertia mortalium fortunas , læta mi-
scens tristibus , & prospera feralibus castigans ;
ne obliviscantur fortis, quin & mortis suæ, homi-
nes, quantumvis summi. Factum hinc, ut anno
ipso quidem octogesimo, consensione Regni Or-
dinum, declararetur absolutæ potestatis Rex ;
quæ nulli hætenùs felicitas Antecessorum obti-
git : eodem tamen, & secuto proximè, non uni
extitit obnoxius discrimini. Jam quippe cum
Proceribus nonnullis, apud *Mellerensem* lacum
casu, jam reversus *Holmiam*, profundâ nocte, à
facerrimis furciferis & aggressoribus petitus, pa-
rùm à supremò abfuit exitio : nec diu post in
stadio Regalis Oëhræ, cum Equitibus decertans
cursu, è caballo properè effusus, & gravissimè
crus læsum ; ut fracturâ, etiam curatione repeti-
tâ, minùs accuratè restitueretur. Mox inusitatâ
tamen gloriâ pensavit & felicitate, casuum ad-
versa Deus ; dum mutata Senatorum axiomata,
ab ipso, & consensu Ordinum ; immodicæ dona-
tiones olim factæ, revocatæ sunt ad fontem Re-
gis principem, tuendo decori, ac sumtibus fe-
rundis. Anno 1682. Augebantur gaudio immen-
so Serenissimi Parentes, orbe Hyperboreo ad-
gratulante omni, ex nativitate Primogeniti Hæ-
redis,

redis, CAROLI (ò diutissimè superstitantis !)
XII^m octiduò, post solstitium æstivum, Anno, su-
pra octogesium, secundo editi, quem, vertente
anno pòst, exceperat GUSTAVUS, aliusqve in,
Valle Jacobæa natus Princeps Regius, ULRI-
CUS ; qui non diu in mortalitate, sicuti nec
CAROLUS GUSTAVUS egit. Luctuosissi-
mus inprimis visus seculi consenescentis annus
octogesium & quintus ; trium Liberorum Re-
giorum obitu feralis unus. Funestissima malo-
rum ominum exempla alia in gremium Sueoniæ
detonuerunt : in vicinia *Lincopiæ* rarior ob-
servatus Terræmotus : mors Administri maximi,
Dapiferiqve Regii , Comitis nimirum MAGNI
GABRIELIS GARDII, tot exantlatis malis equi-
dem haud immatura : duo ædificiorum millia
absunta flammis, *Holmiæ* insignem partem mi-
serè turpaverant : nec deerant metallicæ ruinæ.
Transeo infame, sed immane simul, sacrilegium
in Mausoléis Ducum Pomeraniæ antiqvis, à san-
dapila & custode Templi Wolgastensis spoliati
nequiter, commissum : cujus ad ducenta millia
Imperialium nummorum, æstimata fuerat jactu-
ra. Tot exercitum tantisqve ictibus concussum
pectus, per utrumqve latus, Regium, ad mala
omnia, quæcunqve evenissent etiam, induraba-
tur magnanimitate solidâ. Ut enim Leo, specu-
lo oppositus, apparet semper idem ; ut altissima
in rupe quercus, quæ firmissimè radices egit, ne-
qve dimoveri loco, nec ab impetu ventorum fa-

D

cilè

cilè evelli dejiciq̄ve potest, & percussa elevatur
pila altiùs; sic generosior sublimiorq̄ve mens ob-
nititur adversis, & pervadit aspera constanter.
Jovis ales *Aquila*, complectens pede uno fulmen,
altero olivam ferre, repræsentabatur ab artifice.
Rex CAROLUS post Pacem *Neomagensem*,
cùm hucusq̄ve fortitudinem probasset bellicis in-
victam speciminibus, à teneris; tranquilliori ge-
nio acquieturus, ad salutem & securitatem qui-
dem Patriæ, ac plurimorum in *Germania, Dania,*
Britannia, Gallia, Polonia, Russia, Fœderatorum,
militem ingenti numero perpetuum auxiliarium-
q̄ve aluit; sed intra Regni limites, ad subita de-
fensionis. Per *Finlandiam, Ingriam, Livoniam,*
Esthoniãq̄, Moschis exercere liberum commer-
ciorum usum, ut per Imperium *Rusficum* flore-
re *Sueonum* permisit res. Ad Persarum Regem
missus *Ispahanem* est, cum comitatu splendido,
Fabricius, per mare *Caspium* stabiliendi commu-
tationem mercium. Per terræ ipsemet migravit
viscera, dum ante annos X. die tertio ac decimo
Augusti mensis, Comite Illustrissimo electo de
VREDE, in *Argentifodinam* se demisit; addito
numismati symbolico emblemate, ad marginem,
à Sole, sive Rege potiùs, epigraphâ: PERLUSTRAT
VISCERA TERRÆ! Sol videlicet non sibi, Orbi
universo lucet pariter ac prodest; Cœli quidem
incola, terrarum tamen fovens accolas. Dum
Solem refero, historia se mihi offert Regia, de
Sole non occiduo, ab ipso in *Lapponia* extremâ,
obser-

observatione institutâ. Quò loci, per tres ferè
anni partes,

*Et focus, & tædæ pingves; & plurimus ignis
Ardent; assiduâ postes fuligine nigri,*

Et tantùm Boreæ curantur frigora; ---

ut *Maro* cecinit. Diceres Solsequium vocari
Regem potuisse. nam ut flos iste Solem semper
respicit, & sequitur, quacunque pergat; sic ad
Aquilonis sui fines ultimos celerrimè profectus,
cursus penè incredibilis pernitate, intra mensis
spatium absolvit quadringenta quinquaginta mil-
liaria majora. Propior miraculo videri posset,
locus *Taciti*, quem affert de *Sueonibus* in Ger-
manorum describendis moribus, & mari glaciali:
Trans Suionas (Historicus Romanus scribit,) a-
liud mare, pigrum ac propè immotum, quo cingi
cludique terrarum Orbem, hinc fides; quòd ex-
tremus cadentis jam Solis fulgor in ortûs edurat,
adeò clarus, ut sidera hebetet; nî corrupisset fi-
dem, fabulæ additione: Sonum insuper audiri e-
mergentis Solis, deorumque formas aspici & ra-
diatum caput. Illuc usque, (subjicit insignis E-
ques, fallor? an à *Plinio* deceptus? inquiens,)
& fama vera, tantùm *Natura*. Illustrandus, in
phænomeno Naturæ depingendo, aut fingendo,
Tacitus. *Trans Suionas* appellat mare pigrum;
quoniam & fluxu caret, & grave remigantibus,
& potiori parte anni, glacie altissimâ, duratum,
Hyperboreum, Saturno sacrum, Chroniumque
appellatum inde, frigore & caligine damnatum.
Unde

Unde autem Solis ille fulgor, quem in ortum e-
durare asserit, ut hebetare possit sidera? Quò e-
nim Polo clima propius, hoc longiores, statò tem-
pore, continuâ successione dies, & vicissim no-
ctes esse oportere, ratio testatur & experientia.
Edocti suo id incommodo, susceptis semel ite-
rùmque navigationibus, hoc ipsum ante seculum,
in *Novam Zemblam Batavi*, per cardinem Se-
ptentrionis, ad extremum, si liceret, Orientem
denique penetraturi? Solem mense hoc Novem-
bri ineunte, amiserunt tunc, & trium ferè men-
sium experti noctem sunt: redintegratis mensi-
bus æstivis, Junio, Julio, Augusto, evenit contra-
rium; stringente semper Horizontem Sole. Jam
quid verò aliud gentilium deorum formæ, quàm
à radiis Solaribus, in densiori aëre, illuminati o-
mnis generis vapores? Fascinationibus annu-
merat *Barclajus* in Euphormione; gemina *Con-
radus Celtes* refert; qui sic vates cecinit:

Est locus Arctoo, quo se Germania tractu

Claudit: & in rigidis Thyle ubi surgit aquis.

Nec mihi vana fides, variis errare figuris

Idola, ad hos scopulos vidimus horrifonos;

& quæ sequuntur. Plurima de spectris sæpè ap-
parentibus, ad *Heclam* tamen, post *Blefkenium*,
Olaum M. & Schefferum, gentis suæ decus splen-
didum, *Rudbeckius*, in opere Atlantico; quæ mit-
timus: nec illud hîc exponimus, quod in præco-
gnitis Geographicæ, Scriptor inclytus affirmat:
Si quis degere sub Polo posset, eum in perpetuâ

versa.

versaturum luce. Admirationi id sufficiat, sollicitè scrutatum istiusmodi Naturæ paradoxa CAROLUM Augustum esse. Immortalitate dignam observationem Mathematicus ætate nostrâ Jureconsultissimus appellat, & inscriptam aureis literis tabulam, *Tarnoviæ* in Templo, ad perpetuam rei memorabilis memoriam testatur; quâ suapte manu pugillaribus inscribere non dedignatus est, Solstitiali die lapsâ, Rex, hoc sensu:
Anno M DC XCIV. die XIV. Junii, Solem usque ad noctis horam XI. & LIII. minutum, oculis nostris lustravimus; quando nubecula exoriens splendebat. Unde certum erat, Solem intereâ non occidisse, sed nubem tantum in causa fuisse, quò minus totâ nocte cerneretur. &c. Nec contentus propriâ hâc observatione Noster, sequenti Anno aliam, per duos Mathematicos, *Bilbergium Johannem, & Andream Spolium*, adjuncto his *Rudbeckio* juniore, versus Boream ulteriùs progressus, Solem nocte mediâ ad gradum, supra Horizontem, elevatum totum, Solstitiali ipso die iussit repeti. Proh Dei hominumqve fidem! Potuitné vel à *C. J. Cæsare* molestior, in emendandis Fastis, per *Sosigenem* institui sollicitudo; quam instituit Monarcha noster? Mandetur res Annalibus victuris, & ad commendationem naturalium rarissimorum! Sed quid Solis contemplationi ju-

E

ni ju-

ni justò longiùs, Planetæ tantùm, immoror? cùm
coelestissima supersint memoranda, cultum Nu-
minis purissimum stabiliendo. *Jehiskiam* Re-
gem Hierosolymis divina, ex præscripto Dei
per Prophetas imitando, restauravit; Codicem
doctrinæ pariter ac vitæ ritualement Legibus ar-
mavit, atqve decoravit Majestate; ordine con-
cinno corpus digeri Ecclesiasticum mandavit,
publiciqve fecit juris, jam decennio superiore;
ne vel destinato pessimorum hominum propo-
sito, vel occultè ac per latus foderetur ab insidiis,
nil nisi pietatem, pacem, & perfectionem simu-
lantium larvarum? Magnam præstitit *Gusta-
vus I.* rem, in expellendis Regno Romanensibus
idolis, Anno suprâ sesquimillesimum, septimo
vicesimoqve; sed majorem præmittebant, à
temporibus *Caroli IX.* in abolendis superstitionis
ritibus, potissimùm **GUSTAVUS ADOLPHUS,**
atque **CAROLUS GUSTAVUS,** Vindices Or-
thodoxiæ ac Stabilitores Potentissimi; cùm ten-
taretur passim in Imperio hoc Sacro-sancto Ve-
ritas coelestis Evangelii, nec non libertas Ordi-
num Germaniæ, in discrimen præsentissimum
adduceretur: mors gloriosior Herois ad *Lütze-
nam* sola sufficit pro mille testibus. Rem verò
maximam absolvit **CAROLUS XI.** amplifica-
tis non tam terminis Regnorum & Provinciarum,
quàm sincerum Dei cultum, per extremos, in
Lapponia, Septentrionis cardines, & *Æstios* in-
cultiores propagando. Unum enim istud vide-
batur

batur necessarium relictum, ut in remotissimos, commiseratione dignos, dæmonum præstigiis tamdiu fascinosos populos, diffunderetur lux depositi æterni. Factum est; & , si supervixisset fato, longius futurum erat Christiani coetûs incrementum, viribus conjunctis, cum *Russorum Autocratore*, per *Stythicas* tot nationes, Europæis nostris hætenûs incognitas, in Orientem usque, itineribus susceptis & commerciis, Evangelio currenti aperire viam.

*O veniant, veniant annis
Secula lætis, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet!
Pateat tellus, Tiphysq; novos
Detegat Orbes, nec sit terris
Ultima Thule!*

ut Poëta cothurnatus in Medæa cecinit. Quis porrò dubitet, rem maximam censerî oportere, quòd Concilii Upsaliensis superiori seculo decretum finem persecutionibus Liturgicis (hoc enim referebant nominis,) imposuisset finem, Anno nonagesimo tertio, dieque Februarii vicesimo & quinto; unde cùm elapso ævi spacio, in orbem rediisset felicissima ingentis beneficii memoria, Rex Augustissimus solenni Jubilæo instituto reddere celebriorem voluit. Deficeret me dies, & profectò deficit, si plura, pro Religionis sanctitate, afferam illustramenta. Quàm ardenter, quàm sollicitè vacabat sacris privatissimis? ut non priùs locum daret matutinis apparentibus, aut reverenter

reter salutantibus, quàm allegasset preces Numini, submissâ genuflexione, pro salute Regni, Regionis omnis, & Religionis puræ! Quanto æstimabat ac amabat opere dicatos cultui divino Mystas venerabiles, & sæpè exules admissos? Admittebat quippe omnis generis afflictos à fortuna, adversariis, & casibus adversis supprimentium, aut oppugnantium. Libellos supplices insinuari sibi Clementissimus Monarcha & justissimus non dedignabatur ullum facilè subiectum advenam, aut civem. Quotusquisque talia Supremus Princeps beneficia in suos dispensare solet? Quis proin miretur, si & Deo charum, & Ordinibus, sed optimis quibusque, admirationi CAROLUM XI. fuisse, discat? Ut enim arcanis motibus succedunt horologiorum artificia; sic cura Numinis immensi, gentis amor, ac Virtutis studium contemperata inter se, mirificis successibus beantur. Quantâ in Augustam Matrem ferebatur pietate! de Ciconiis, parentum gestatricibus, annotavere naturalium observatores haud vulgaria; qui, si audiverint, quàm indivulso pænè nexu cultus inter Regem Filium, & Genitricem Regiam floruerit, habebunt, quo de gloriantur, nobile in historiis exemplum. Quàm tenerrimè prosequeretur verò partem sui alteram, Heroicis Virtutibus ULRICAM ELEONORAM, Conjugem Excellentissimam! de cuius quicquid ego dixerim hîc laudibus, videbitur & minus omne, & ab aliis disertè occupatum.

tum. Duo vitra caustica, collectis ad eundem
focum radiis, vim geminant intensius. Ardore
precum, Sapientiâ, honore Ministrorum Dei, & a-
more subditorum, veluti accenso fumigabulo, fla-
grabant corda Regia, & dulce utili miscabant.
Tres vocasses annulos, concatenatos ad miracu-
lum, Reginam Matrem, Sociam, Regemqve. Sed;
(ô rerum humanarum inconstantiam!) ut granis
fæta gravibus arista propter pondus decidit; ad
modum similem, cum bonis omnibus incompara-
bili utilitate appareret, medio ætatis flore Aloë
Septentrionis marcet, & exstinguitur. Magnani-
marum nempe vita animarum brevis; dum ad
coelum suum properant. Plus, quam intelligi, aut
verbis exprimi à quoquam possit, vulnere confos-
sus Rex & hinc dejectus, solitarii ad instar turturis
ingemuit, cum amisisset, ante quadriennium hoc
lapsum, die Julii vigesimo & sexto. Exoptave-
rant frequenti quidem desiderio fideles *Sveci*, ut
eligeret solamen vitæ aliud. Perfectus autem a-
mor unum respicit: Rex viduus permansit. Secu-
lo consenescente Fatum, inde ab initiis illius, Re-
gno huic antiquissimo Phœnicem, id est unicum
Hæredem designavit. Pluribus gaudebat ante
Filiis Principibus, elatis tamen iterum, non sine
orbitatis metu. Conservavit hætenus, & diutif-
simè conservet porrò non Coronæ tantum Sveci-
cæ, sed universæ pariter Orthodoxiæ Evangelicæ
ac Lutheranæ, Providentia Omnipotentis CA-
ROLUM felici dignitate XII. solenni sacramen-
to Hæredem Principem septennem agnitum re-
F
gio-

gionatim! Anno quarto supra nonagesimum, Rex absolutâ potestate, & à nullo Curiarum, Statuum, aut Procerum determinandâ placito, declarabatur. Arduas non modò per Septentrionem res, sed & per exteros Regnorum atqve Rerumpublicarum limites, meditabatur NOSTER; quæ à tempore maturitatem expectabant. In his non postremo numerari loco debet, quòd ab Imperatore Augustissimo, & confœderatis Regibus Ordinibusqve Pacis, per Europam Christianam, cum Monarcha Galliarum componendæ arbiter comprobaretur. Magnum opus, & vix sustinendum humeris Capitolini Jovis, (cui hic se offerebat sæpius) feliciter inceptum, ab ingressu Anni hujus, felicissimè confectum, accurato *Liljeroothii* Baronis studio, Septembri mense nupero.

Apud animum constituebat suum CAROLUS, impendium pro Academiis, Gymnasiis, Templisq; erigendis partim, atque restaurandis, dignum famâ facere, ex proprio thesauro, *Gothenburgicis* & *Maarstrandensibus*, Imperialium nummorum ultra 100000. solvendo. Quæ, ut multa alia, ne Vobis, RECT. MAGN. Auditoresq; O. O. Honoratissimi, sim tædio, jam præterire cogor: veluti à paucis inde annis minimè dedignabatur interesse Academicis solennibus Doctorum aliquot Theologiæ creatorum. *Constantini* quippe *Caroliq; Magni*, & *Alphonsi Arragoniarum* Regis æmulus, existimavit sapienter, Artis pariter & Martis digna Majestate Regiâ theatra esse. Quæ dum altiùs expendo, atque immortalem Regis gloriam amplificam.

ficare nitor, à singultibus ac lacrimis vix temperare mihi queo. Video dejectum pallidumq; Herculem! quem? CAROLUM XI, ferali lectulo affixum! Ubi? *Holmiæ* in Regiâ! Reginâ Matre, CAROLO, Hærede Regio & Principe Hærede Filiâ, Heroibus vocatis Senatoribus præsentibus, supremas morituri, neque tamen non solliciti de publica salute, voces pariter & Tabulas, Oraculorum instar, cum exquisitissimo mœroris sensu, admirantibus. Solenne Paschatos feralibus præluxit; Feria secunda Resurrectionis Christi, Regis animam sanctissimam ad acroamata divina excitavit, ut identidem ingeminaret: *Vespera jam venit! nobiscum Christe maneto!* Post nocturnam X. finitus placidissimo discessu ex mortalitate, Spiritum cœlestem Deo Uni-trino plenâ fide commendavit; Corporis exuvias, Regali pompâ funerandas hodiè, reliquit terris. Nulla tanti Principis-Monarchæ gloriam famamq; Mausolæa capiunt: Pyramides, quocunque fuerint stupendæ loco, gesta immortalitati transcribenda condere profectò possunt nullæ. Animi succedunt Procerum, Ordinum, Heroum, Venerabilium, ac subjectorum Civium Colonorumq; per tot millia congregatorum, in Exequiis ornandis Regiis, memoriâ perenni conservandis, solennissimo Comitiorum actu. Gaudeat in perpetuo conspectu Solis, semper Orientis, nunquam Occidentis, ad æternitatis gloriam evecta, divi Regis Anima! nos Corpori appremur: - - - *tenuem, & sine pondere terram, Spirantesq; crocos, & in urâ perpetuum Ver!*
Sed pro clausula laudetur auspicatò,

SVEO-

SVEONUM Res, in divo GENITORE REGE,

Spes, in vivo NATO PRINCIPE, Hærede Regni,
REGIÆq; MAJEST.

SEu Martialis fama superstitet,
Seu purioris Religionis, &
Confessionis verioris

Gloria sancta perennet olim;
Narranda lustris posterioribus:

Vixit Supremi Numinis inclytus
Vicarius, Rex Optimusq;ve,

Magnus Hyperborei Orbis Atlas.
Qui Regio cum Stemmate non minùs

Mirandus ostro, quàm venerabilis
Vultùs & oris dignitate,

Lacte genæ minioq;ve frontis.
Laudare nemo possit ut Herculem,

Sic nemo Regis maxima CAROLI
Momenta rerum fat decenter:

Attonitum stupefecit Orbem.
Si sacrosanctum cogito CAROLUM,

Augustiorem Heroa *Suediæ*,
Quæ scena rerum, quod theatrum

Panditur ecce celebriorum!
Exsurge *Clio*, gratia *Apollinis*,

Et delicati carminis arbitra
Descende Parnasso, ac adurge

Pegaseos mea Musa nisus!
Primis ab annis sedulus institit

(Latere Virtus nescia,) gloriæ;
Provinciarum dum labores

Abriperere benigniorem.
Nutrita bellis sunt juvenilia,

Firmata ab annis suntq;ve virilia,
Præclara quævis sunt Monarchæ

Gesta, per Herculeas columnas.

Non



Non *Holmiensis* claudere Regia
Urbs, facta quondam tot queat inclyta,
Quam serva lambit Amphitrite,
Et dominam reveretur unda.

Prolixa Avorum illustris imagine
Prætexta quondam vix posita est Ei,
Cœpitque crescentem juvenus
Egregios animare in ausûs.

O CARLE Princeps, CAROLE, *Gothicæ*,
Sveoniæq; & *Vandalicæ* simul
Antiquioris Rex novæque,
Gemma tuæ pretiosa stirpis!

Si *Sarmatarum* viscera acinaces
Immaniores in sua sæviant,
Spectator haud adstans, sed actor,
Certa tropæa minatus est his.

Si spe voraret Regna Borysthenis
Juratus hostis, sique *Poloniæ*
Trux barbarus, *Crimmense* monstrum,
Vincla parans manicasque genti,
Has stravit umbras; & miserabili
Fato peremta est natio foetida,
Cadaverosos perque acervos
Multiplici nece fulminata.

Germanicum Mars Imperium Sacrum
A Solis ortu, Sol ubi & occidit,
Mundo minaturus ruinam,
Cominûs, eminûs impiavit.

Auctoritatem, Pacis ad otia
Captanda tandem, CAROLUS anxie
Quæsit; ast impendiosè
Filius Illius occupavit.

G

Fama

Fama ipsa felix insonat organa,
 Pacemq̄ve præfert palmeam, & intonat
 Clangore communi tubarum, &
 Murmura grandia tympanorum.
 O chara Coeli nomina maximi!
 O clara terræ Numina, CAROLI!
 Compendium unus Tu tuorum,
 CAROLE, Sveoniæ priorum.
 Nunc oblerantur duplicis ostia
 Jani; laboris nam studio tui
 Valvæ recedunt, ac amœno,
 Pax vehitur trabeata curru.
 Te Rex Pater tùm tàm teneris adhuc
 Formavit annis scepra capeßere,
 Fascesq̄ve Regnorum sagaci
 Arbitrio moderari amanter.
 Ætate major, jamq̄ve serenior
 Ocelle mundi, Regis & Optimi,
 Augusta proles & Voluptas
 Posteritatis amata, salve!
 Salveto Princeps! hoc Tibi fidere
 Manet bonorum copia, candidæ
 Horoscopus felicitatis
 Emicet inde Tibi serenus!
 Fata anteverunt gaudia, commoda:
 Te nunc frequentant agmina Civium
 Certatq̄ue votis, pro salute
 Principis, Upsaliæ Minerva.
 Sveoniæ Cor, Delicium omnium
 Ac singulorum, sin merear tuos
 Subire vultûs gratiosos,
 Accipe, quod pedibus dicabo.
 DIXI.

L.B. corrigere ne dedignetur prætermiffa hæc: p.4. fac.2 lin.3. *indigare*
 pro *indicare*. p.5. fac.1. omiffum est *non* ad infucat. Sub fin. Orat. *una*,
 pro *urna*. Interpunctiones bis neglectas in relectione observavimus;
 quemadmodum & *Stybricas*, pro *Scyth.*



PANEGYRICUS FUNEBRIS,
Memoriæ Gloriæq; Immortali
DIVI HEROIS AC DOMINI,

DOMINI
CAROLI

Svecorum, Gotho-
rum Regis, Magni Princ-
Scaniæ, Esthoniæ, Livoniæ,
dæ, Stettini, Pomeraniæ, Cal-
Rugiæ Principis, Ingriæ Wis-
ad Rhenum Palatini, Bay-
Montiumq;

Incomparabilis Ortho-
STATO

Summis in Toga Sago
Et Indulgentissimi
Ipsis Exeqviaru
Die XXIV. Novemb.

In Templo ad Arc-

ACADEMIA VVI

Religiosâ habitus

GEORG. CASP. K
Orator. Prof. Publ.



WITTENBERGAE,
Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.